RUPERTUS TUITIENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 50r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36521
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



et tanquam leo rugiens circueat querens quem deuoret.
recte et nocturna auis et dens dr̄ uigiliarum. Ipsa eadem
regna et cubilia leonum et montes dico pardorum. quia uidelicet
reges regnorum. reges babylonorum. et persarum atque medorum
reges grecorum. reges et consules siue imperatores romanorum.
quid nisi leones et pardi dicendi sunt. qui tot bellis tot
cedibus hominum orbem terrarum lacerauerunt. De taliu
leonum cubilibus. taliumque pardorum montibus. tu amica
mea coronaberis. Quomodo. Videlicet credent in me fruc
tum uentris tui. et eorum credentium salus. corona tua erit.
Ita coronaberis. ut et in celis regina sanctorum. in terris regina
sis regnorum. Vbicumque predicatum fuerit illud de dilecto
dictum. minuisti eum paulominus ab angelis. gloria et hono
re coronasti eum. et constituisti eum super opera manuum tuarum.
predicabitur et de te quod sis o dilecta mater huius coronati.
ac proinde regina celorum. totum iure possidens filii reg
num. atque hoc in tuitu reges atque imperatores coronis
suis te coronabunt. palacia sua nomini meo consecra
bunt. honori tuo dedicabunt. ut desinant esse quod
fuerant. montes pardorum cubilia leonum. Vulnerasti 55
cor meum soror mea sponsa. uulnerasti cor meum in u 55
no oculorum tuorum. et in uno crine colli tui. Licet enim quis 55
umquam ita habuit ut tu habes soror mea sponsa unum
oculorum. De quadam muliere sacra et ueridica narrat scrip
tura. quia cum esset sterilis. et ob hoc amaro animo. orauit